

veracitatem dicentis, non autem rem ipsam revelatam per medium intrinsecum.

QUESTIO QUARTA.

An fides, & scientia possint simul esse de eodem obiecto.

102 Hæc questio similis est illi, quam tractavimus disp. 14. Logica q. 2. an scientia, & opinio possint simul esse de eodem obiecto: unde sicut ibi dicimus eam difficultatem non moveri de solo obiecto incompleto, & remoto, quale est subiectum conclusionis; sic etiam constat de eodem obiecto simul haberi posse scientiam, & opinionem secundum diversa prædicta, que de illo ostenduntur: sed de complexo, & propinquo, id est, de eadem conclusionis: & esse difficultatem, tum de actibus, tum de habitibus; ita pariter dicendum in præsentis questionis scientia, & fide, loquendo de scientia proprie dicta, ut definitur 1. Post quod sit cognitio certa, & necessaria, & per causam evidentem in intellectu: Et quamvis difficultas procedat de habitibus, peculiariter tamen agitur de actibus, an scilicet, mysteria fidei, que ab aliquo creduntur, possint simul ab eodem cognosci per distinctos actus, quorum alter sit obscurus, & alter evidens; & oppositè vero dixit de his actibus, quia omnes ferè conveniunt quibusdam paucis exceptis, uno actu id fieri non posse, nam idem numero actus non potest esse simul clarus, & obscurus respectu eiusdem obiecti.

103 Tres autem præcipue sunt sententiæ in hac controversia, duæ extremæ, & una media: Prima extrema est, quod non possit eodem intellectu haberi simul scientiam, & fidem, nec actualem, nec habituales de eadem propositione obiectiva, quia eadem res non potest eodem tempore simul clarè, & obscurè alicui repræsentari, qui enim clare videt Solem, non potest eodem tempore obscure illum videre, & qui illi habitus in vicem repugnantia, quorum actus sunt repugnantes, id est, ex tali actu repugnantia evidens, & invidens circa idem obiectum, deducit hæc sententia repugnantia quoque habituum, non solum naturaliter, sed etiam supernaturaliter, & de potentia absoluta: que est communis in Schola Thomistica, ut videtur est apud Complutenses disp. 20. logicæ q. 4. Altera sententia extrema alteri scientiam, & fidem, tam actualem, quam habituales posse simul esse in eodem intellectu de eadem propositione per diversam motiva, quia intellectus eodem tempore assentiens alicui conclusioni propter duo distincta media, quorum alterum clarè, alterum obscure illum ostendat, nam qui videt Sicily situm potest eodem tempore propter auctoritatem alicuius assentire eandem credere: Hanc sententiam sequuntur Recentesores Suárez, Valencia, Conich, Arriaga, Amicus, Calpensis, Cardinalis de Lugo, Fannerus, Morandus, & alii. Tertia tandem sententia media tenet fidem, & scientiam actualem non posse esse simul, bene tamen habituales, que est communis Scottiarum cum Scotto 3. disp. 2. q. 2. univ. & aliorum Neutra-rium: Quoniam verum nonnulli Auctores secundæ sententiæ autuntam fidem, & scientiam actualem de eodem obiecto esse posse simul, nedum de potentia extraordinaria, & absoluta sed etiam ordinaria, & naturali: & nonnulli Auctores tertiæ sententiæ, ut Ponticus ex nostris disp. 2. logicæ q. 3. ob fatentur actum scientiæ, & opinionis naturaliter esse non posse simul, quo pacto dicant, Secutum esse locum loco citat. addunt nihilominus de potentia absoluta, & extraordinaria id minime repugnare: idem in utroque sensu erit examinanda questio.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid dicendum de potentia ordinaria, & naturali.

104 Dicendum primò, quod potest habitus fidei esse simul cum actu scientiæ, & habitu ipsius, de potentia ordinaria, & naturali. Hæc statueret contra primam sententiam, & est expressè Scoti 3. disp. 2. q. 2. ad argumenta principalia, nam in solutione ad 1. inquit, quod aliquis potest habere simul cum actu scientiæ de aliquo obiecto, habitum, quo illud obiectum creditur esse non vidisset de quod de facto Apostoli Petrus, & Ioannes habebant habitum, quo Christum crediderunt crucifixum, si non vidissent, quare perperam dicitur Doctor pro opposita sententia: Et in solutione ad 3. inquit rationem, quia inquit habitum fidei, & scientiæ proprie dictæ opponi virtualiter tantum, vel causaliter, non autem essentialiter: quando enim effectus sunt impossibiles in aliquo simul, cause eorum sunt impossibiles, non quidem in essendo, sed in causando: quia nequeunt simul causare, & idem numero subiectum simul

inmutare: dum enim causa una, non movet, nec causabile altera a fortiori causa præventa, suspensa, & impedita: quod declarat exemplo medi dialectici, & demonstrativi, si enim hæc duo concurrant ad movendum, & perficiendum intellectum respectu eiusdem obiecti per assensum probabilem, & scientificum, medium dialecticum nil faciet impeditum a demonstrativo efficaciori. Cum igitur qualitas nullam habeat oppositionem formalem, ac entitivam, sicut nec species albedinis, & nigredinis, frigiditatis, & caloris in eodem intellectu etiam in gradu summo, cum contraria in re non sint contraria in intellectu; sequitur, posse simul conservari in eodem intellectu, & respectu eiusdem obiecti, poterunt ergo habitus fidei, & scientiæ de eodem obiecto, & eodem tempore eidem homini inesse, & diverso tempore actus illorum habituum.

Deinde verò, quod habitus fidei potest etiam esse simul cum actu scientiæ de eodem obiecto, & vice versa actualis fidei assensus cum habitu scientifico, probatur, ut nam aliqui dixit, quod acquirens habitum scientiæ de Deo, ut quod Deus existat, quod sit æternus, quas veritates antea credebatur, amitteret fidem de illis, ac etiam de aliis: cum enim sit eadem fides respectu omnium credibilium, ut suppono ex communi Theologorum, & concedit Doctor in solutione ad primum, amitteret etiam fidem in ordine ad reliquas veritates revelatas.

Respondent Thomistæ, Docum acquirentem scientiam de propositione credibili, eo ipso habitum fidei amittere formaliter circa illum articulum: quamvis enim maneat in ordine ad alios articulos, tamen non amplius inclinatur ad ulteros credendum illi articulo, cuius scientiam acquisivit, sub ratione formali revelationis obscuræ. Sed Contra: quia ad veritatem nostre conclusionis insufficit, quod habitus fidei maneat quoad totam entitatem suam physicam, & meta physicam cum habitu, & actibus, si vice postea maneat quoad illam formalitatem inclinandi ad credendum articulo, de quo scientiam acquisivit, sive non: Tum quia saltem adhuc est, non posse habitum fidei inclinare ad assensum circa propositionem scientiam, non obstantem actu, & habitu scientificis, quando conclusio illa proponeretur, ut revelata, non autem ut connexa cum medio scientifico: ergo manet habitus fidei etiam respectu conclusionis illius, non tantum realiter, & materialiter, ut inquit Thomistæ, sed etiam formaliter, hoc est, ut potens inclinare ad assensum propositionis scientiæ, ut bene dicitur Ponticus loco citat. Tum tandem, quia unus habitus non tollit specificativum alterius, & quo pendet in genere cause formalis obiectivæ; ergo in causa manere adhuc habitus fidei formaliter etiam respectu propositionis iam scitæ, & contentiva patet, quia actus, & habitus ab obiectis formalibus formaliter specificantur: probatur assumptum, nam formaliter specificativum habitus non est obiectum actu cognitum, sed cognoscibile, postquam autem habitus simul specificat ab oppositis cognoscibilibus, esse non possit plures actus simul specificari ab oppositis motivis simul actu cognitis: Unde licet habitus, & actus veritatem circa idem obiectum, & eandem habeant rationem formalem attingendi illud, non tamen versantur eodem modo, alias habitus temperantæ, & intemperantæ non possent esse simul in illis gradibus contrariæ experientiam.

106 Dices, hinc sequi, eodem modo posse stare simul duos habitus oppositos, ac non oppositos, nam eodem modo eorum motiva non opponuntur, nisi in ordine ad ipsorum actus, quod tamen falsum est: & aliquo nullum esse discrimen inter habitus oppositos, & non oppositos. Respond. negando consequentiam, quia habitus oppositi, licet non habeant inter se repugnantiam formalem, ac entitivam, habent tamen causalem, & virtuales; unde licet habitus generi ex oppositis actibus non se excludant ab eodem subiecto, quoad entitatem, excludunt tamen se mutuo quoad vim movendi, & inclinandi potentiam; habitus verò non oppositi nullam habent inter se repugnantiam nec formalem, nec virtuales: unde quod neutram rationem se excludunt, sed potius se mutuo iuvant, vel non impediunt.

Denique si habitus fidei, & scientiæ inter se repugnant, 107 id potissimum esset, quia sunt principia actuum oppositorum, & determinativa intellectus ad actus oppositos, scilicet, ad actus claros, & obscuros, ut rangebatur in fundamento adducto primæ sententiæ, hæc ratio non arguit, ergo sunt simul compatibles: Minor probatur, nam naturaliter contingit, ut aliquis simul habeat principium effectuum oppositorum, & simul cum uno actu ex oppositis principium alterius actus oppositi, unde etiam motus sursum, & deorsum simul pugnant in eodem subiecto, non tamen simul pugnant gravitas, & levitas, vel actus unius cum opposita virtute alterius, & simul aliquis potest habere habitum determinativum ad unum actum, verb. gr. temperantæ simul cum uno actu intemperantæ, imò & simul cum habitu intemperantæ in aliquo gradu ergo

ergo quamvis pugnent simul actus fidei, & scientiæ, non tamen simul pugnant eorum habitus, vel actus unius cum opposito habitu alterius.

Dices, idem albedinem, & nigredinem esse connaturaliter incompatibiles in eodem subiecto, quia nate sunt causare effectus incompatibiles, ut disgregare, & congregare vitum; ergo eadem ratione habitus scientiæ, & fidei incompatibiles erunt; quia nati sunt causare effectus incompatibiles, scilicet actum clarum, & obscurum.

Respondet primò negando antecedens, quia albedo, & nigredo possunt simul esse in gradibus remissis, quare sic etiam possunt esse simul habitus fidei, & scientiæ, unde argumentum potius est ad oppositum: Deinde si admittitur antecedens, adhuc negari debet consequentia, in tantum enim albedo, & nigredo simul esse non possent, quia una non posset ad suum effectum applicari, quin applicaretur, & altera ad suum; nec maior ratio est, quod una proprium effectum producat, quam altera, atque ita producerent simul effectus incompatibiles: At postea habitus scientiæ, & fidei in intellectu eodem, possent unus applicari ad effectum suum, quin applicaretur alter; nimirum habitus fidei, si conclusio proponeretur, & revelata, non autem ut connexa cum medio scientifico; aut habitus scientiæ, si proponeretur contrario modo, unde uterque habitus suo tempore posset suum habere effectum, nec unus alterum impediret.

108 Dicendum secundo, actus scientiæ, & fidei naturaliter non posse esse simul in eodem intellectu de eadem conclusionis. Hæc est contra nonnullos Auctores seculæ sententiæ assentes id quoque naturaliter esse possibile, quam efficaciter suadeat expressæ auctoritates Scripturæ, & Patrum absolute dicentium fidem divinam non esse cum scientia compatibilem, quod ad minus intelligi debet de potentia ordinaria, & naturali: sic August. tract. 46. in Ioan. ait, quid est fides, nisi credere quod non vides, & tract. 76. circa finem inquit, fidem non esse, si quis videns obiectum, & Greg. hom. 26. in Evang. explicans illa verba, Quia vidistis me, Thoma, credidisti, inquit, profecto liquet quod fidei illarum verum esse, que apparet non possunt, unde colligit alius Thomam vidisse, nempe Christum hominem, aliud verò creditisse, scilicet, illum hominem, quem vidit, esse Deum; idem habet hom. 26. in Ioan. Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Et Chryl. ho. 21. in Epit. ad Hebr. ait, Eo velle perdere fidem, qui credidit vultu videre, & sic passim alii Patres loquuntur.

Respondent Patres fidem opponere visioni, & tamque appellare obscuram, & in partem, argumentum non apparentium, ratione sui formalis motivi, quo nictur, ratione cuius essentialiter est invidens; non tamen est illi essentialis, ut neque concomitantur ratione alterius actus admittere possit claritatem eiusdem obiecti materialis; quare dicunt præfatas auctoritates in sensu formalis esse intelligendas, ut nempe significare volunt, aut que videntur, ut sic formaliter non credi, aut ea non credi, quibus solam assentiamur, ubi motiva evidentiæ.

109 Ridicula planè, & prolus in neptæ expostio sic enim exponebunt, alium Patres in summa non diffinit, quam quod nemo credere potest per actum visionis, nec videre per actum fidei; quia motivum formale fidei est invidens, similiter, quod nemo crederet, si non haberet actum fidei, sed solam actum visionis; quo planè nil infulsus cogitari potest, unde non possum non mirari, quomodo Advertiser ferè omnes in hæc expostionem illarum auctoritatum convenierint; Et quidem si in eodem sensu formalis Patres locuti fuissent, opus non fuisset ad ostendendum, quomodo Thomas vidit, quod creditur, recurrere ad diversa obiecta materialia; nam facile dicere potuissent, quod idem obiectum materiale vidit, & creditur, vidit per actum visionis, & creditur per actum fidei; Cum ergo recurrat ad diversa obiecta materialia dicendo, quod unum vidit, nempe hominem, & alium credit, scilicet, Deum; signum est eos existimasse impossibile, saltem naturaliter, idem posse esse obiectum visionis, & fidei simul. Quod tandem Amicus fateri coactus est disp. 11. sect. 2. dicens, quod cum Patres docent Thomam aliud vidisse, aliud creditisse, non idem hoc dixerunt, quia simpliciter putaverint visionem, & fidem simul esse non posse, sed quia natura fidei cum visione eiusdem obiecti naturaliter coherere non potest.

110 Confirmatur hoc idem ex illo 1. ad Corinth. 13. Cum speraret, quod persequitur est evanescens, quod ex parte est, ex quo loco communiter colligit Theologi, fidem non mansuram in patria, ubi succedet clara visio eorum, que in hoc statu vix credimus; sed si posset actus esset haberi cum scientia clara, nulla esset ratio, cum evacuanda esset, & non mansurum Patria; ergo &c.

Respondent, assensum fidei diviæ posse consistere, cum actuali clara cognitione naturali, sive abstractiva, sive intuitiva circa idem obiectum; non tamen circa idem obiectum cum visione beata, quia hæc ob sui perfectionem connaturaliter

excludit assensum fidei, licet de potentia Dei absoluta etiam cum hac consistere possent: Verum id videtur gratis omnino dictum, quia visio beata a nulla non videtur habere maiorem rationem excludendi actum fidei de eodem obiecto, quam habeat visio facilis, aut ocularis huius status, vel intellectus primorum principiorum tam enim clarè, & aperte in suo genere videt oculum colorem sibi obiectum, & intellectus percipit, omne totum esse manus sua parte, quia hæc visio videt clarè, & certè Deum; ergo si visio beata excludit fidem, etiam cognosciones caræ, & evidentes huius status tam excludere debuerunt saltem naturaliter: probatur assumptum, quia sicut ex claritate visionis non relinquatur Beato dubitandi locus de existentia Dei à se visis; ita nec intellectus relinquatur ambigendi locus circa veritatem primorum principiorum, nec sensus visus de existentia coloris sibi sine illius obiecti, ac deceptione.

Denique probatur ratione, nam experientia constat, nos non moveri propter auctoritatem dicentis, quantumcumque verax sit eius testimonium, ad assensum alicui propositioni, quando habemus motivum certum, & evidens ad assensum ipsi, ver. gr. si quis talis sentiat ignem esse calidum, & quod eodem tempore diceret illi, ignem esse calidum, ex eius dictis minime moveretur ad assensum illi propositioni, quod ignis est calidus; siquidem ex ipso experientio eius intellectus manet totaliter ad talem assensum determinatus, adeo nullum relinquit locum pro assensu fidei. Hæc ratio innaturat Scotto 3. disp. 24. cit. ad 3. princ. Ubi inquit, quod si quis habeat duplex medium ad cognoscendum aliquam propositionem, demonstrativum, scilicet, & dialecticum, hoc nihil facit impedire ad demonstrativum; sic pariter in proposito, si in eodem intellectu, respectu eiusdem obiecti reperitur medium scientificum, vel demonstrativum ex evidentiæ rei in se, & medium fidei ex auctoritate sola dicentis, hoc nihil profus movet, quia medium fidei à fortiori medio demonstrativo impeditur, ac movet; Ratio à priori est, quia res in se ipsa evidens efficacior est ad movendum intellectum ad assensum scientificum, & ad ipsum sub illo terminandum, quam sub gettino uno dicentis ad fidei assensum causandum; ideoque prius agere, causare terminaret quovis genere prioritatis nature, & perfectionis, & impeditur omnino actionem, causationem, & terminationem suam sub prædicto testimonio dicentis respectu assensu fidei.

Confirmatur hæc ratio à simili, nam lumen majus prævenit prolium effectum luminis minoris ad cavandam actus illuminationem, ut patet de lumine Lunæ, quod nullam habet actionem acris illuminationem ad præsentiam Solis, illud omnino præveniens, & impediens: Sed veritas rei creditibilis in propria essentia, vel in propria specie reluctans, magis effulget, quam sub testimonio dicentis; unde fides assimilatur ad Apollito Lucernæ lucenti in caliginoso loco; ergo prævenitur, ac impeditur prolium eius actio sub testimonio dicentis à seipsa in propria essentia, vel specie, efficacius ad visionem, vel sui scientiam nostrum intellectum movente eo modo, quo Sol in meridie totaliter impedit illuminationem Lucernæ. Quam rationem ad validam, & convincentem existimat Vulpes 4. 28. art. 3. ut nedum puret convincere incompatibilitatem, assensum fidei & scientiæ circa idem obiectum naturaliter, & de potentia ordinaria, sed etiam de potentia Dei absoluta, de quo puncto dicemus postea. Tandem, dum intellectus per actum scientiæ tam certè, & evidenter cognoscit rei veritatem, non videtur simul moveri posse ad alium actum ex conditione sui non evidentem, qualis est actus fidei; & dum trahitur eo motivo tam valido, & efficaci, quo determinatur profus ad actum, non videtur simul impelli posse alio motivo minus valido, & efficaci; sicut si quis ad obiectum aliquod videndum possit uti lumine Solis, utique lumen exiguum candele contemneret, & satis experientia constat, quod dum oculis cernimus aliquam rem, itemque dum mente contemplantur veritatem alicuius principii per se noti, ut omne totum est manus sua parte, nullam vim apud nos habet, & nihil præterea operatur aliqua probabilis ratio, vel ali- quod alterius testimonium, quantumvis magæ auctoritatis, ad habendum actum opinionis, vel fidei de eadem re.

Respondent pariter assumptum non currere, quia opinio- nis ad scientiam est duplex differentia, prima, quia scientia dicit certitudinem, & opinio formidinem; secunda quia scientia habet evidentiam ex parte rei, opinio autem non: sed fides divina de qua hic loquimur, habet firmam adhesionem, & certitudinem, & ideo minus repugnat scientiæ, idè, possunt simul stare, autem opinio, & scientia: Negant etiam aliam pariter assumptam de lumine maiori, & minori, imò dicunt esse ad oppositum quamvis enim Sol, & Lucernæ nequeant procedere in ære duo lumina, quorum alterum sit semilumen, alterum verò incensum tamen ambo possunt producere unum lumen incensum, & mutuo se adjuvare, ita autem se habent fides, & scientia, sicut duo



duo lumina, alterum majus, alterum minus: ergo fides, & scientia, seu eorum motiva possunt concurrere ad unum, & eundem actum in eodem intellectu, & de eodem obiecto.

113. Hanc evasione præclaudit Scotus ipse *disp. 24. cit. 5. Contra hoc*, quia non minus contradicunt certitudo, & incertitudo ejusdem, quam evidentia, & non evidentia: ergo simpliciter sunt incompatibiles Fides, & scientia, sicut scientia, & opinio: Tam quia ex hoc capite, quod fides divina, & scientia, conveniunt in certitudine, & firma adhesionem, redduntur magis impossibiles, quam scientia, & opinio: & ratio est, quia eisdem effectus dari nequeunt duæ causæ totales, scilicet naturaliter, quia altera superflua esset, & otiosa: si ergo semel manet intellectus omnino determinatus, & totaliter a medio scientifico ad assentiendum alicui propositioni, nullus relinquatur locus medio fidei ad eundem, vel alium assensum generandum, quo magis firmiter intellectus in adhesionem circa eandem propositionem, quia per assensum scientificum supponitur ablatum ab intellectu omnis incertitudo, nihiliterio, & vacillatio: ergo medium fidei simul applicatum nihil omnino movebit, unde intellectus ex tali medi applicatione solum cognoscat in tali casu, quantum credibile sit esse in tali testimonio, sicut cognoscat: et tam quantum probabilitas esset in tali, vel tali ratione, si adderetur medium opinativum, hoc enim cognosceret evidenter: verum hoc est formaliter aliud obiectum ab illo, quod consideratur in cognitione illa directa rei in se, & hoc est habere fidem in mente obiectivè, non vero formaliter, & hæc cognitio potest optimè stare cum scientia rei.

Alia etiam paritas de maiori, & minori lumine optimè tenet: quamvis enim, quando duo lumina sunt imperfecta, mirum se adveniunt in eodem medio, quia concurrunt in virtute unius luminis non terrii perfecti, tamen saltem unum illorum luminum sit perfectissimum, sicut est Sol respectu Lucernæ, lumen perfectissimum totaliter obfuscat, & absorbet minus perfectum, & ita se habet Sol cum Lucernâ, quod æt totaliter illuminatur à Sole, & minime à Lucernâ. Non posse autem dari unum, & eundem actum, qui simul sit scientia, & opinio ex medio scientifico, & opinativo simul concurrentibus, nec scientia, & fides ex medio demonstrativo, & fidei iam ostendi *disp. 14. Log. loc. cit. 2. num. 16.* & sicut *disp. 6. de Anima quest. 9.* Et hoc etiam probat satisfacienter adducta ratio: probat enim scilicet evidentia rei, vel in se, vel per medium demonstrativum, non posse simul motivum probabile, vel fidei quocumque movere intellectum, vel ad distinetum, vel ad eundem actum: qui enim lucem in aere aspiciat, vel contempletur, omnino totum esse majus sua parte, nihil prioris moveat ex testimonio alterius id afferentis, aliove simili motivo probabili, sed ita est elicitus assensus, certum, firmum, & evidenter de re propostâ, ac si nullum aliud motivum cogitare: Nec denique movetur fides: sicut neque probabile, videtur posse corroborare magis ipsam scientiam, ut aliquid dicunt, quasi faciant, ut certior, & firmiter evadat illorum consensio; nam si ex suo medio erat vere scientia, erat iam firma, & certa, ut non possit maiorem soliditatem ex quocumque motivo præferri incerto, quale est medium opinativum, vel incertitudo, quale est medium fidei, desumere.

114. Postremò probant aliqui hanc secundam conclusionem, ad hunc nempe scientia, & fidei non posse esse simul in eodem intellectu de eadem propositione, quia intellectus nequit simul intelligere plura: hoc est nec plura obiecta materialia, nec idem materiale obiectum sub diversis formalibus rationibus, nec pluribus actibus simul: sicut enim nequit corpus pluribus figuris signari, ita nequit intellectus terminari pluribus speciebus naturaliter, vel pluribus actibus habentibus se per modum plurius.

Verum hæc ratio ad rem non facit: quando enim displicetur, aut scientia actualis possit esse simul cum opinione, vel fide de eodem obiecto, & in eodem intellectu, insinuat disputatio, facta suppositione, quod possit intellectus habere simul plures actus iudicativos, vel de eadem propositione, vel diversarum: quia si non possit plures tales actus habere, certum erit, quod non possit simul habere scientiam, & opinionem, vel scientiam, & fidem, etiam de diversis obiectis: sed impossibilitas hæc non orietur, quantum est ex hoc capite, ex eo quod illi actus habeant inter se aliquam incompatibilitatem, sed ex limitatione intellectus, qui pluribus nequit obiectis attendere per iudicia distincta: Vnde quantum est ex hoc capite, æque non poterit habere simul duas opiniones, aut duas scientias totales de diversis obiectis: ac opinionem, & scientiam, vel scientiam, & fidem de eodem: quare sic discurrentes ad sensum questionis minime respondeat, nam presens difficultas supponit, quod intellectus possit plures actus simul habere & iudicare simul plures propositiones, aut eandem propositionem secundum diversa motiva: & hæc suppositione facta querit, an sit talis incompatibilitas inter fidem actualem, & scientiam, respectu eiusdem intellectus, & obiecti

terminativi complexi, ut intellectus idem nequeat simul scire, & credere eandem propositionem obiectivam esse veram: Quare frustra recurritur ad incompatibilitatem generalem plurium actuum in intellectu simul, & semel, ad ostendendam incompatibilitatem in speciali inter fidem, & scientiam: An vero intellectus plura simul intelligere possit uno, vel pluribus actibus jam discussum est *disp. 6. de Anima 99.*

Ratio igitur firmior ad nostram conclusionem probandam est, quam adduximus, propter quam gratis concedunt Suarez in præfati *disp. 3. sect. 9. Conic. disp. 11. dub. 1. Lugo disp. 2. sect. 2. Valquez disp. 3. sect. 6.* aliquos esse cognationes evidentes, cum quibus naturaliter assensus fidei repugnat, & ab ipsa experientia id fieri coguntur, quia dum video Solem, quantumvis mihi aliquis dicat diem esse, & quantumvis coner assentiri propter testimonium dicentis, non possum, sed solum iudico diem esse, quia id video: Discerpant tamen in assignanda ratione huius repugnantie, Suarez *loc. cit.* hæc repugnantiam probat ex superfluitate, quia cum assensus ille perfectus clarus, & evidens totam perfectionem continet assensus fidei, neque hic magis firmus intellectum in eo obiecto, quam esset iam firmus ex assensu clarissimo, non videtur Deus conaturaliter concedere ad secundum assensum: Cum quo ratione coincidere videtur alia à Conic. adducta, quod nullum agens potest producere formam in subiecto, quod iam ante actuatum est ab aliquo forma, qui formaliter, vel eminenter continet omnem perfectionem illius forme, quam illud agens potest naturaliter producere. Quæ tamen ratio non videtur insufficientis, quia visio etiam clara Dei continet omnem perfectionem cognationis cognationis scientiæ eiusdem Dei: atque ad hoc videtur superflua in præsentia visio claræ, & tamen Scotus *2. disp. 3. q. n. 10.* admittit Deum intuitivè ab Angelo cognari per visionem beatam, & etiam abstractivè per speciem impressam, quod etiam concedit de beatitudine Christi *an. 2. de finibus, 14.* admittit etiam cognationem intuitivam, & abstractivam respectu eiusdem obiecti simul composibiles esse in eodem intellectu quolibet *13. l. 1. & 2. diction. 3. quest. 10. G.* ut nos quoque late tradidimus *disp. 6. de Anima 9. l. n. 326.* reddenda est igitur ratio, quæ magis assensus fidei impeditur propter superfluitatem, quam cognitio evidens abstractiva in præsentia visio intuitivè clarissima. Sic etiam pariter omnes Theologi admiunt in Beatis simul, & semel cognitionem maxime, & respicientiam respectu eorundem obiectorum; illa autem est intuitiva, & clarissima, ut potè quæ fit in Verbo, hæc abstractiva, & sub obscura quæ fit per species.

Hinc Cardinalis de Lugo citat alia nititur reddere rationem, 116 dicens hæc esse naturam intellectus, & hæc habere inclinationem ad veritatem, ut sicut voluntas solam potest desiderare bonum absens, & solum ordinare potest modum ad consecutionem boni, quod aliqua ratione fit absens, non vero ad bonum plene possessum, quia illud medium hic, & nunc esse intuitivè, & imperceptum, cum nullum bonum afferret de novo quod iam non plene haberetur: sic etiam intellectus, dum veritas absens est, inquiri illam idem verè habetur, & clarè videtur, & quiescit in ea; quare si plene, & perfectè videtur, non potest uti aliquo medio ad illam acquirendam, quia illud medium hic, & nunc imperceptum est ad consecutionem veritatis. Sed minor virum doctrinam non advertisse hæc quoque rationem, illas eadem pati instantias, quas ipsemet urletat contra rationem à Suarez, & Conic. propostam, quia visio quoque clara Dei secum patitur in Beatis cognitionem abstractivam ejusdem in creaturis, tanquam in medio cognito, ut ipse ibi concedit, non obitate quod Deus plene, & perfectè per visionem beatam attingatur; & idem est de cognitione maxime, & respicientiam in eisdem Beatis, & præsertim in anima Christi, respectu obiectorum creatorum, nam per maxime plene, & perfectè videtur, & nihilominus secum compatitur respicientiam.

Ratio itaque huiusmodi repugnantie est, quam supra assignavimus ex Scoto *disp. 14. cit. 3. princ. quia medium fidei à fortiiori medio demonstrativo impeditur, ne moveat, redditurque insufficientes ad movendum in præsentia illius, medium enim illud, & motivum fidei non habet vim movendi ad assensum, nisi quando intellectus indiget ex eo, quod aliunde veritatem obiecti non possidet; unde quando ex parte intellectus talis indigentia non reperitur, medium illud non est motivum sufficientes hic, & nunc intellectus; quamvis enim absolute loquendo talem virtutem habeat, nequit tamen eam hic, & nunc in intellectum exercere ab actu veritatem obiecti plene possidentem; sicut enim in voluntate plena possessio boni impedit desiderium illius, & electionem mediorum, quibus idem bonum procuratur; ita plenissima possessio veritatis in seipso immediate impedit usum medi ad idem verum comparandum: Quod tandem modo rationem à seipso assignatam declarat Cardinalis de Lugo, quæ sic declarata est optima, & cum ratio-*

ratione nostra ex Scoto adducta omnino coincidit: & evidenter de nonnrat cum cognitione evidenti, & immediata obiecti in seipso repugnat assensum fidei: saltem naturaliter enim impossibilitatem propter etiam de potentia Dei absoluta, postea discutietur.

118. Infantia verò illa, quam non semel Suarez inculcat, quod datur cognitio evidens abstractiva in præsentia visio intuitivè clarissima eisdem obiecti, est ab ipso quoque solvenda, & ab omnibus Autoribus citatis, qui tenent aliquas dari cognationes evidentes, cum quibus repugnat naturaliter assensus fidei: omnes enim tenent reddere rationem disparitatis, cur magis assensus fidei repugnat naturaliter cum tali cognitione evidenti, quam cognitio evidens abstractiva cum cognitione intuitiva clarissima eisdem obiecti: infantia enim probat, quod neque esset repugnantia naturalis inter illas duas cognationes, sicut neque est inter visio intuitivam, & cognitionem abstractivam eisdem obiecti.

Ratio itaque disparitatis est, quia in cognitione intuitiva, & abstractiva eisdem obiecti non sunt diversa motiva, assentiendi, quibus hæc, & illa nititur, sed unum, & idem diverso modo applicatum potentis; in intuitiva enim movere obiectum in seipso immediate præsens potentis, & in propria existentia; in abstractiva vero movere obiectum in specie relucens, ut dictum est *disp. 6. de Anima quest. 11.* Non repugnat autem intellectum reddere ex eodem motivo diversimodè applicato per duplicem cognitionem immediatam, & claram in eandem veritatem, quia neutra preterit defectum alterius, sed utraque attendit ad immediatum obiecti possessionem, sicut utraque attendit ad eandem obiectum in voluntate, non tamen gaudium simul, & desiderium clarum, & immediata obiecti, & de cognitione habita de eodem per fidem; nam ipsa procedunt ex diverso medio, & motivo; illa enim habetur per evidens obiecti in seipso hæc vero per testimonium extrinsecum, cui innititur credulitas, & assensus, qui assentiendi modus denotat indignitatem, & imperfectionem intellectus indigentis alieno quasi baculo ad firmandum assensum obiecti propostis, quod directo lumine attingere nequeat, & immediate non videt. Cùm ergo cognitio clara, & immediata obiecti in seipso supponatur auferre ab intellectu omnem indigentiam pro ulteriori possessione veritatis obiecti; motiva fidei, vel extrinsecum testimonium est omnino impertinens ad firmandum priorem assensum, vel alium generandum de eodem obiecto semel clara possessio; & hinc est, quod communiter loquendo non movetur a testimonio alterius hominis ad ea credenda, quæ clarè intuemur in seipsis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quid dicendum sit de potentia Dei absoluta.

119. Dicendum Primò est, visio nem perfectissimam, & plenam ac immediatam obiecti repugnat cum fide actuali de eodem etiam de potentia Dei absoluta. Hec est communis in Schola Thomistarum, & Scotistarum, quam tenent ex Recentioribus Cardinalis de Lugo *disp. 2. sect. 2. Turrianus disp. 8. dub. 5.* & alii contra torrentem Recentiorum Suarez, Conic. Grad. Amicun. Arriag. Hurrad. & alios passim: sed quamvis conclusio fit communis in utraque Schola, non tamen satis in probatione conveniunt.

Primò probant aliqui, quia non potest intellectus determinari necessario ad assensum propositionis, & determinari liberè ad assensum eius simul: sed determinatur necessariò, quando habet actum scientiæ ex medio scientifico, & liberè quando habet actum fidei: ergo neque habere tales actus simul. Hæc tamen ratio non convincit intentum, quamvis enim inconveniens esset, determinari intellectum necessariò ad unum assensum, & simul liberè determinari ad eundem: nullum tamen inconveniens videtur, necessariò determinari ad unum assensum ex uno motivo scilicet scientifico, & liberè ad alium assensum ex motivo fidei, unde fides non cogit ad assensum, quod si intellectus aliunde cogatur, id non curat fides quod clarè ostenditur in cogitatione probabilis, quæ quantum est ex se liberat in intellectu relinquendo assentiendi, quod tamen ita intelligendum est, ut liberum relinquat intellectum, nisi aliunde cogatur.

120. Secundo probant communiter Scotus, & Thomistæ: quia non potest idem obiectum esse evidens, & invidens, clarum, & obscurum, quia hæc sunt contradictoria vel formaliter, vel virtualiter, hoc est, talia, ex quibus sequitur contradictio; sed ita accideret, si darentur simul de eadem propositione fides, & scientia actualis, ergo nequeunt esse simul; quam probationem volunt non solum ostendere impossibilitatem conaturaliter, sed etiam de potentia Dei absolute.

Mald. Tomus Tertius.

Respondent communiter Adversarii, negando maiorem, cum lux probatione, dicunt enim contradictoria esse debere de eodem secundum idem: at non compererit ipsi propositioni obiectivè esse evidenter, & invidenter, claram, & obscuram secundum idem; siquidem compererit ipsi esse evidenter & claram secundum quod terminaret actum scientiæ; obscuram vero, & invidenter, quatenus terminaret actum fidei, & id eo nulla sequitur contradictio, quæ debet esse de eodem, & secundum idem. Hanc solutionem rei citi *disp. 5. log. 2.* in simili proposito agendo de impossibilitate fidei, & opinionis in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti; nam si hoc valeret ad salvandam contradictionem de effectibus repugnantibus in eodem subiecto per solam formarum pluralitatem, possemus dicere non repugnare etiam naturaliter contraria in summo in eodem subiecto, v. g. calorem, & frigus in aqua, assensum, & dissensum, in intellectu, amorem, & odium in voluntate respectu eiusdem obiecti; si eam hinc inferatur contradictio ex repugnantia effectuum in eodem subiecto ab illis formis procedentium, statim diceret non esse contradictionem, quia illi effectus sunt à diversis formis, & hæc quoque voluntas repulsi hoc obiectum per notitiam, & idem amplectitur per voluntatem; quam doctrinam diximus ibi totam pervertisse Philosophiam, quæ ex effectibus repugnantibus in eodem subiecto deducere consuevit impossibilitatem quoque formarum, unde procedunt. Non ergo efficiencia diversarum causarum sufficit ad tollendam formalem effectuum repugnantiam, quia ipsi in subiecto repugnant ex suis rationibus formalibus, à quibuscunque inducantur causis; quare si medium fidei, & demonstrativum inferunt in eodem intellectu effectus repugnantes, ut evidenciam, & invidenciam, ita non videtur diversis mediatorum sufficere ad contradictionem tollendam, alioquin ex diversis motivis possemus semper de eodem à parte rei contradictoria verificare prædicata, etiam quod fit, & non fit.

Respondent proinde alii negando maiorem, quia obscuritas 121 fidei non comparatur ad lumen scientiæ, sicut privatio ad formam, sed sicut imperfectum ad perfectum, sicut fides modica lux ad magnam, nam licet fides dicatur obscura respectu evidentiæ, verè tamen est lux, ut dixit Apollolus comparans eam lucernæ lucenti in caliginoso loco: quare lux modica non repugnat cum luce magna, sic nec fides cum scientia: ideo hæc ratione non repugnat respectu eiusdem obiecti, quia utraq; actus tendit ad illud manifestandum, licet unus imperfectè, & alter perfectè, unde nullo modo dici potest, quod actus fidei ex se afferat positivè obscuritatem; sed neque habent assensum ex parte subiecti, ad intellectus non est subiecti immediatus, & proximè evidentiæ, & invidentiæ, sed tantum mediatus, & remotum proximè autè, & immediatum sunt ipsi actus scientiæ, & fidei. Hanc solutionem putat Poncius sufficere ad propostum argumentum: quod etiam fundamentum habere videtur in principis nostris, nam *disp. 14. log. 2. n. 18.* diximus, quod si sumatur opinio pro simpliciter assensu probabilis, sine actuali formidine annexa, potest saltem de potentia Dei absolute, cum scientia consistere, & quæ hoc modo sumpta est sine positiva incertitudine, & solum negativè incerta, quatenus non afferit certitudinem intellectui, sed solum probabilitatem, cum ergo in proposito fides non afferat positivam invidenciam, & obscuritatem, sed solum negativam, quatenus ex suo genere non facit obiectum evidens, poterit eadem ratione, saltem de potentia Dei absolute, cum scientia, & evidentiâ eiusdem obiecti consistere: etiam enim nec positivè, nec negativè opponatur evidentiæ, sed negativè tantum, cum actu scientiæ absolute non repugnabit, & hæc est communis Recentiorum responsio.

Hæc tamen quoque solutio aliqua continet, quæ solide dicere 122 non videtur; in primis, quod inquit actum scientiæ, & fidei non repugnat in eodem intellectu, quia intellectus non est subiectum proximam, & immediatum evidentiæ, & invidentiæ, sed sunt ipsi actus, & hoc inquam, sine ullo dicitur fundamento, si enim id sufficere ad contradictionem tollendam, eadem ratione defendi poterit posse esse simul in eodem intellectu assensum scientificum, & errorem eiusdem conclusionis, quia intellectus non est subiectum proximam, & immediatum veritatis, & falsitatis, sed sunt ipsi actus. Deinde fallum est, quod dicitur, obscuritatem in fide non dicere quod positivum, sed solum evidentiæ negationem, quia fides distinguitur à scientia, & aliis virtutibus intellectualibus iustis, essentialiter per invidenciam, & obscuritatem, tanquam per differentiam essentialem; ergo licet explicari solet per negationem, tamen à parte rei, & fundamentaliter quia positivum importat, sicut irrationalitas in bruto quid positivum importat, licet per negationem rationalitatis explicetur, quia est differentia essentialiter bruti constitutiva, & hoc ipsum ultra ferebant Adversarii *quest. 3. huius disp. num. 77.* Tum quia si actus fidei non diceretur obscurus, nisi merè negativè non magis



ei ex genere suo conveniret obsecravit, respectu scientie, quam calori in igne respectu lucis, nam etiam ipsa de se non est luminosa, quod est gratis Arriga concedat, satis tamen de se constat, cum maiori proprietate actui fidei conveniat obsecravit, vel invidiam, quam calori in igne conveniat negatio lucis, quia obsecravit essentialiter constituit actum fidei, & ab actu scientie distinguitur non sic negatio lucis calorem constituit.

123. Kurius actus scientie, & fidei peculiarem dicitur contradictionem ex parte obiecti, ita quod unus destruit formale obiectum alterius, nam actus scientie tendit in obiectum, ut in se clarum, & evidens, actus vero fidei tendit in idem obiectum ut in se obscurum, & invidens. Nec dicere sufficit, posse intellectum utrumque simul habere assensum de eodem obiecto materiali per diversa media, & per hoc tolli contradictionem. Nam ut supra urgebamus num. 120. efficientia diversarum causarum non sufficit ad tollendam formalem effectuum repugnantiam, quia ipsi in subiecto repugnant ad quibuscunque inducatur causis, quare si medium fidei, & scientie interferat in intellectu effectus repugnant, nempe evidentiam, & invidiam formalem, & in obiecto materiali evidentiam, & invidiam obiectivam, tamen non videtur diversitas mediorum sufficere ad contradictionem tollendam; alioquin ex diversis motivis possemus semper de eodem a parte rei contradictoria verificare predicata, etiam quod sit, & non sit. Tum quia falsum est, actum scientie, & fidei differre practice, sicut actum magis, vel minus clarum, sed sicut perfectum, & imperfectum in claritate; quia differentia secundum perfectum, & imperfectum practice non variat speciem, at actus scientie, & fidei specie differunt, ac etiam, quia tunc etiam naturaliter actus isti possunt esse simul respectu eiusdem obiecti, quod tamen plures ex Adversariis negant; consequentia patet, quia etiam naturaliter potest idem obiectum simul, & semel cognosci diversis cognitionibus, quarum una sit perfectior, & clarior, ut cognitio intuitiva, & abstractiva, & cognitio in Verbo, ac in genere proprio; Patendum ergo est, actum fidei, & scientie plus inter se differre, quam differant ab invicem cognitio perfecta, & imperfecta, & lux modica a luce magna; si enim sic practice differret, non tantum possent esse simul, actus scientie, & fidei, sed possent unum, & eundem actum perfectione constitueret, sicut lux modica potest unum lumen intensius constituisse cum luce magna; hoc autem est proferre falsum, ut constat ex dictis num. 113. Non tantum ergo differunt, sicut magis, vel minus perfectum, aut magis, vel minus clarum, sed sicut positivè clarum, & positivè obscurum, atque idem formalem inter se habent repugnantiam.

124. Neque hæc secunda solutio Recentiorum communis fundamentum habet in eo, quod diximus disp. 14. Logic. quæst. 1. quod si sumatur opinio pro simplici assensu probabilis sine actuali formidine annexa potest saltem de potentia Dei absoluta cum scientia consistere. Intantum enim hoc ibi asserimus, quia opinio sic sumpta est sine positiva incertitudine, & solum negativè incerta, quatenus certitudinem non asserit intellectui, sed solum probabilitatem, at fides ex genere suo non dicit invidiam ex parte obiecti negativam tantum, sed positivam, quia hæc est differentia fidem essentialiter constituens, & ab actu scientie distinguens, ut dictum est; idcirco dicebamus ibi a. 19. in fine, quod si obsecravit positiva ponatur de ratione Fidei, sicut indicat definitio eius ab Apostol. tradita, quod sit argumentum non apparentium, tunc est neganda paritas de fide; & opinione hoc modo sumpta, nempe pro solo assensu probabilis ab incertitudine, & invidiam præcedente. Tum quia, si res bene consideretur, opinio hoc modo sumpta non est unus ex quinque habitibus intellectualibus ab Arist. assignatis 1. post. talis enim est assensus positivè incertus, quia includit iudicium expressum de variabilitate obiecti; at opinio sumpta pro simplici assensu probabilis conclusionis, ut absolute iudicat verbigratiæ ex vitalis medi, hominem esse risibilem, abstrahendo a necessaria connexion, vel non necessaria, est quoddam commune predicatum scientie, & opinionis; & quando in d. car. hominem esse risibilem, ex necessaria connexion, fit assensus scientificus, quando autem id iudicat ex contingenti connexion, hoc est, ex vi talis medi probabilis non esse necessariam connexionem inter subiectum, & predicatum, fit assensus opinativus propriè dictus, & positivè incertus; qui non minus incompossibilis est cum assensu scientifico de eodem obiecto, etiam de potentia Dei absoluta, quam assensus fidei; Itaque hæc secunda solutio, vel argumentum sufficere non solvit, vel si solvit, fatendum erit, medium de potentia Dei absoluta, sed etiam naturaliter posse simul habere assensum fidei, scientie, & opinativum de eodem obiecto, quod tamen neque Adversarij politiciores concedunt.

125. Dicit cum Suarez, loc. 9. cit. in fine, etiam cognitio intuitiva, & abstractiva videtur habere rationes Valde oppositas, quales sunt absentia, & presentia obiecti, & nihilominus certum est utramque posse esse simul de eodem obiecto; ergo idem

dicendum erit de actu scientie, & fidei, est unus requiritur in obiecto evidentiam, & alter invidiam.

Respondeo, si instantia valer, æque probare actum scientie, & fidei etiam naturaliter simul consistere potest, sicut constituitur in ita abstractiva, ac intuitiva de eodem obiecto, quod tamen Suarez negat; Negatur itaque ex dictis disp. 6. de anima quæst. 11. cognitionem abstractivam requirere absentiam in obiecto, sicut actus fidei requirit obsecravit, & invidiam; & invidiam; invidiam enim tendit in obiectum sive fixabitur, sive præsens, sive existat a parte rei, sive non, non quidem sic intelligendū, quod possit indifferenter obiectum attingere abstractivum, vel intuitivo modo, sed quod abstractivè semper illud attingere potest, sive fixabitur, sive præsens, sive existat, sive non; quia existentia, & presentia obiecti notitiam abstractivam obiecti adhuc non impediunt, cum etiam & ita formalitates possint abstractivè cognosci, ut loc. cit. declaratum est.

Teritio principaliter probatur assertio, quia motum fidei, 126 sicut neque opinio potest habere vim ad movendum intellectum in presentia evidentie, & visio, ut supra urgebamus num. 111. & 117. quæ ratio innotuit a Scoto disp. 24. cit. ad 3. prin. & si bene perpendatur, non tantum probat incompossibilitatem actus fidei, & scientie naturaliter ad quod probandum superius inducitur, sed etiam de potentia Dei absoluta, ut advenit Cardinalis de Lugo disp. 100. 81. quia repugnantiam inter hos actus non solum est ex defectu virtutis in causa efficiendi, quam Deus supplere potest; sed ex repugnantia inter formas, eo quod altera impedit conditionem essentialiter requisitam ad obiectum alterius; sicut enim, plena possessio boni impedit desiderium illius, & electionem mediorum, quibus idem bonum procuraretur; ita plenissima possessio veri in seipso immediate impedit usum medi ad idem verum comparandum. Constat autem, inquit Lugo, non esse solam naturalem, sed essentialiter repugnantiam ut desiderium, vel petamus, vel media adhibeamus ad procurandum id, quod iam aliunde possidemus; quare faciendum est, eam esse conditionem essentialiter ex parte obiecti ad cuiusmodi actus voluntatis ergo pariter repugnantiam intellectus, ut utatur medio alioquo ad assequendum aliquam veritatem, quam iam plenè possidet, videtur esse essentialis, & non tantum connaturalis, ut inquit Suarez; & alii; medium enim non habet vim movendi intellectum ad assensum alius veritatis, nisi quando intellectus eger aliquid motivo ad eam assequendam, unde quando non est talis indigentia, medium illud hic, & nunc non est motivum sufficientem, ut supra deducimus est numer. 117. in hoc igitur sensu verum est, motivum fidei vim habere non posse ad movendum intellectum in presentia evidentie, & visio, non tantum naturaliter, sed etiam simpliciter, & absolute loquendo, quia fides voluntas non potest neque divitius moveri ad amorem, desiderium, vel gaudium, nisi proposito motivo iudicatis ad eos actus, ita nec intellectus potest moveri ad assensum sine motivo sufficienti ad tale genus assensus.

Respondeo Arriga negando assumptum cum probatione, quia 127 intellectus etiam naturaliter potest plures evidencias habere de eodem obiecto, ut patet de abstractiva, & intuitiva, tanto ergo magis potest unam evidentiam poterit, & aliud habere argumentum, licet non evidens pro assensu eiusdem veritatis, ita ut simul dicere possit assensum, ita est, quia videtur, & ita est, quia est, quia est, qui non potest errare, ita mihi dicit, sicut voluntas potest amare idem obiectum, & ob unum bonitatem maximam, quæ in eo relictæ, quam possumus suo modo dicere respondere visio, seu evidentie, & potest eandem rem etiam amare ad aliam bonitatem minorem in eadem reperiendam, quam possumus comparare cum motivo obscuro fidei. Addit Amicus testimonium Dei ob suam summam certitudinem, & evidentiam cuiuscunque scientie naturalis, ac etiam supernaturalis, & infuse, quia assensus fidei certior est, ac securior, quippe qui innititur medio magis insalubili, scilicet auctoritate divina.

Sed Contra, quia licet intellectus possit simul plures habere evidencias de eodem obiecto, quarum una sit perfectior altera, tamen si semel habere evidentiam maximam, quæ plenè possidet veritatem obiecti, sicut alio motivo non eger ad illius veritatis assensum, ita quodlibet aliud invidens motivum hic, & nunc virtutem sufficientem non habet ad illam movendum, quam virtutem alias haberet, si intellectus plenè cum veritate non possideret, & instantia de cognitione intuitiva, & abstractiva eiusdem obiecti iam supra dilata est numer. 118. Et quantum voluntas, ut ibidem dictum est, possit duplicem amorem, vel gaudium habere de obiecto, quod iam plenè possidet, & ratione bonitatis maximeque in eo relictæ, & ratione bonitatis minoris in eo reperiendæ, nequaquam tamen poterit gaudium habere, & desiderium, quia plena possessio boni iam habet omne desiderium excludit, & electionem mediorum, quibus tale bonum procuraretur, motivum vero fidei in proposito se haberet, velur novum medium ad procurandum veritatis assensum, quæ

que iam plenè supponitur posse fieri per evidentiam, & visionem. Neque est eadem ratio de his actibus voluntatis, & de actibus scientie, & fidei circa idem obiectum; quia hi actus voluntatis oppositas rationes in obiecto ipso materiali, circa quod versantur, scientia evidentiam, fides obsecravit non ita actus illi, vel ille ex præcedenti ratione; quaræ non bonè invicem comparari possunt, ut faciebatur Arriga. Nec tandem satisfactio, quod addebat Amicus, est enim testimonium Dei ob suam summam veritatem in apertum sic movere intellectum supra omnem egritudinem ad quamlibet veritatem credendam; si tamen hæc veritas semel ab intellectu plenè per evidentiam, & visionem possideretur, non potest testimonium Dei hic, & nunc in intellectum suum exercere virtutem, quia per visionem ipsam supponitur intellectus omnino determinatus, & totaliter ad illius veritatis possessum, adeo ut medio fidei nullus relinquatur locus ad eundem, vel alium assensum generandum, quo magis firmetur intellectus in adhesionem circa eandem propositionem, ut supra deducimus est a. 113. alioquin eiusdem effectus, nempe certitudinis, & adhesionis ad illam propositionem duplex datur simul, & semel causa totalis, nempe evidentia rei in se, & testimonium Dei, quod etiam supernaturaliter repugnat, ut dicitur est disp. 8. Physic. quæst. 1. art. 1. unde in eo casu intellectus apprehenderet unum qualem, & quanta esset certitudo talis testimonii, non tamen ab ea moveretur, quare illam haberet pro obiecto duntaxat, non pro motivo.

129. Dicendum secundo, hoc idem iudicium faciendum, non tantum de visione intuitiva rei in se, quod scilicet cum assensu fidei simul, & se nec circa idem obiectum consistere nequeat, sed etiam de evidentie cognitione abstractiva, tam per scientiam supernaturalem, & infusam habitam, quam per scientiam naturalem, & acquisitam. Hæc est contra Recentiores fere omnes, etiam qui nobiscum in assertionem præcedenti conveniebant, communis tamen in Schola Thomistarum, & Scotistarum; Fundamentum est, quia rationes adductæ pro conclusione præcedenti patet pro hac secunda militare; quamvis enim cognitio habita de aliqua conclusione per medium scientificum sit abstractiva, ut quod homo non sit risibilis, quia est animal rationale, adhuc tamen eius evidentia per tale medium intrinsecum causata tamen est, ut nullus relinquatur locus medio probabilis, vel fidei ad eundem, vel alium assensum generandum, quo magis firmetur intellectus in adhesionem circa illam propositionem; quia per assensum scientificum etiam in medio abstractivo comparatur supponitur ablatæ ab intellectu omnis incertitudo, hæsitatio, & formido de opposito; ergo medium fidei simul applicatum nihil omnino movebit, quia medium fidei universaliter loquendo a fortiori medio demonstrativo impeditur ne moveatur, redditurque insufficientis ad movendum in presentia illius; consequentia patet ex dictis; assumptum probatur, quia cum assensus scientificus etiam abstractivus procedat per medium intrinsecum, necessarium, & evidens attingit necessariam connexionem prædicati cum subiecto, & novit impossibile omnino esse, quod res aliter se habeat, atque idcirco omnem tollit ab intellectu formidinem de opposito.

130. Neque satisfactio, quod inquit Cardinalis de Lugo assensum abstractivum scientificum non impedire assensum fidei circa idem obiectum, quia per illum assensum nondum habet intellectus plenam, & claram cognitionem veritatis in seipso, sicut consistit habere per visionem intuitivam rei in se immediate, & idcirco potest adhuc veritatem illius rei per alia media magis, ac magis inquirere. Non satisfactio, inquam, quia est id facere potest per alia, & alia media, quæ ducent in cognitionem intuitivam, & ad habendam cognitionem veritatis in seipso tandem immediate, tale tamen medium non est motivum fidei, ac ipsum Dei testimonium, nam quantumcumque verax sit, & infallibile, non tamen gære potest, nisi assensum abstractivum veritatis revelare, & tempore invidens; cum ergo supponatur intellectus iam per medium scientificum clarum, & perfectum habere veritatis cognitionem abstractivam, ac plenam in tali genere cognitionis; iam locus non relinquatur medio fidei ad ulterius movendum intellectum, ut magis in tali assensu firmetur, & stabilitur; cum enim abstractivè notat per medium demonstrativum necessariam connexionem prædicati cum subiecto, cum non eger motivo extrinsecum, & invidens, ut de illa magis certificetur, quia per illud prius ablatæ est omnis ambigendi occasio.

ARTICULUS TERTIUS.

Recentiorum objectiones diluuntur.

131. Inoppositum Recentiores instant assensum fidei, necdum divinitus, sed nec etiam naturaliter repugnare cum evidenti

cognitione eiusdem obiecti, quod probant ex Scriptura, in qua proponuntur fidei credenda ab omnibus aliqua, & de multis evidentiter sciuntur, qualis est existentia Dei, & plura eius attributa, ad Hebr. 11. Operit accidens ad Deum credere, quia est, item ibidem dicitur fidei credendum in creatione, fidei intelligentis apertæ esse sacula verbo Dei. Et denique in simbolo fateamur omnes docti, & indocti, quod credamus Deum esse omnipotentem, & unam; Nec dici potest hominem doctum, & quando credit, non habere evidentiam; quia species evidentæ de Deo, eiusque existentia semper excitatur, quando homo agit de Deo, & eius existentia. Conf. quia B. Virgo evidentiter scivit se sine opera viri concepisse Christum, & Apostoli oculis suis viderunt Christum patientem, mortem, & resurgentem, & ad Cælos ascendente, ut testatur Io. Epist. 1. c. 1. Quod vidimus oculis nostris: quod specimus, & manus nostra contraxerunt de verbo vita; Et tamen hæc omnia fide divina crediderunt; ergo nulla est repugnantia, quod eadem res possit simul credi, & evidentiter cogosci; alia dicendum est B. Virginem, & Apostolos non habuisse fidem precipuorum misteriorum nostre Redemptionis, & maxime illorum, quorum cognitio est fundamentum nostre spei. Denique ex opposito a scientia sequitur, deterioris conditionis esse doctum, quam indoctum, nam circa hæc obiecta rusticus exercet actus fidei supernaturalis, & meritorios, doctus vero haberet solum naturales, & sine merito.

132. Respondeo ex Scoto 1. disp. 2. q. 3. s. ad illa, in Scriptura proponi fidei credenda, quæ possunt naturaliter fieri, nam illa etiam, quæ possunt demonstrari, utile est communicari tradi per viam auctoritatis, tum propter negligentiam communicantis in inquirendo veritatem, tum propter impotentiam intellectus, & propter errores inquirentium per demonstrationem, qui veritatis suis multa fallā permittunt, ut dicit Aug. 18. de Civit. Dei c. 41. & ideo quia simplices sequentes tales demonstrationes possent dubitare, cui esset assensum,ideo tunc erat via & facilis, & communis, auctoritas certa, quæ non potest fallere, & falli; fuit ergo auctoritas Dei revelans necessaria etiam de veritatibus divinis naturaliter notis, in quantum naturale lumen potest deficere, vel ex imperfectione huius status, vel ex negligentia communicantis, ut per talem auctoritatem de illis veritatibus maiorem, & excellentiorem haberemus certitudinem; & hæc ratione tenemus omnes docti, & indocti veritates illas credere, neque nostris demonstrationibus fidere ob impotentiam nostri intellectus pro statu quo nequeatis res credibiles attingere naturaliter secundum ultimas differentias, nam motivum fidei in rebus etiam naturaliter notis supplet aliquando defectum nostri intellectus; ita etiam D. Bon. mox citand.

Ad Contra. inquit D. Bon. 3. disp. 24. art. 2. quæst. 1. quod 133 quamvis B. Virgo certitudinaliter experientia sciverit se concepisse hominem sine viri se semine, tamen se concepisse personam Verbi aovit m. abstrahit fide; Ad illud de Apostolis inquit Scotus ad 2. prin. quod tenentio omnium articuloorum unam esse fidem, ut est communis Theologorum opinio, potest dici quod habuerunt fidem de aliis articulis, & ita crediderunt ipsam esse crucifixum, si non viderunt, sed ex quo viderunt, non crediderunt pro tunc, nec unquam postea recogitando illius crucifixionem habuerunt fidem de ea, sicut nec dum viderunt intuitivè, habebant tamen habitum, quod illud credidissent, si non viderunt; Quoniam tamen quibusdam duram viderunt, quod Apostoli non habuerunt fidem actualem mysteriorum precipuorum nostre fidei, quorum principale fuit, quod hie homo fuerit crucifixus, sed tamen habitualem, & veluti conditionatam; præter dicere cum D. Bonav. loc. cit. quod Apostoli semper habuerunt fidem de ista propositione hic homo mortuus, vel fuit crucifixus, si illud pronomen hic designet suppositum unum divinum subiectum naturam humanam; Si autem illud pronomen determinat naturam humanam singularem, ut sic, de vita, & morte Christi scientiam habuerunt experimentalem, atque adeo ut illud hic denotat suppositum divinum, aliud videbatur, scilicet, hominem illum singularem vivere, crucifigi, & mori; & aliud credebat, scilicet, illum hominem esse Deum, ac pronome Deum crucifigi, & mori; quia suppositum illius hominis erat divinum, non ergo de eodem habebant scientiam & fidem. Ad ultimum negatur illud sequi, nam ut inquit D. Bonav. loc. cit. quæst. 3. quamvis aliquis possit rationibus necessariis probare Deum esse, ac Deum esse unum; tamen certare ipsam divinum esse, & ipsam Dei unitatem, & quæter illa unitas personarum pluralitatem non excludat, non potest, nisi per ultimum fidei emendetur; Unde illuminatio, & certitudo talis scientie non est tanta, quod habita sit perfectior illuminatio fidei, imò valde est cum illa per necessarium, & Eriusum firmum est, quia licet Philosophi de Deo aliqua sciverint naturaliter cognoscibilia, tamen quia fide exaruerunt, in multis erraverunt, ac etiam deliraverunt; quæ D. Bonavent. doctrina coincidit cum illa Scoti relata in solutione ad primum unde



tunde pater, quo pater etiam docti, actus supernaturales fidei, meritorius circa articulos fidei exercant, & que scientia iterum assensu fidei, illa nimirum, que aliquam admittit formidinem, ut cum quis non tam bene percipit vim medii demonstrativi, nec aliquid omnimodam evidentiam rei, quam perfecta scientia requiritur, tunc enim apud talem intellectum medium fidei maxime valet; Aliqua ad hanc respondent Thomistae sed valde confutatur a Recentioribus.

134. Secundo obicit Ariagata illud Christi Domini Io. 20. Quia vidisti me Thomae, credidisti, ubi Christus supponere videtur posse simul esse fidem, & visionem; Et quia D. Bonav. & Scotus respondent cum D. Greg. hom. 26. in Evang. quod aliud vidit, aliud credidit, vidit hominem, & credidit Deum; ut dictum est supra n. 108. Hanc D. Gregorii expositionem ait ille non esse satis textui conformem. Primum quia Christus non est locutus se quivocè, sed de eodem, de quo dixit; Quia vidisti, dicit credidisti. Unde quia si quod non vidit, credidit; ergo non habuit minus meritum, quam alii, qui non videntes crediderunt, quos tamen ibi Christus præfere Thomæ; non autem deberet iuxta eam expositionem, quia aliud videre, aliud credere omnibus semper esse commune. Demum, quia non credidit ibi Thomæ quod quæ de divinitate Christi, sed de resurrectione, de qua sola dubitabat; hanc autem evidentem intuebatur non minus, quam ego intueor albedinem, lucem, &c. de quibus tamen se vult ajunt: Adverfarium non posse esse fidem.

135. Respondet omnis auctoritatem hanc D. Gregorii expositionem, que etiam fuit Augustini, & aliorum Patrum de Thomæ dicentium quod aliud vidit, & aliud credidit, hominem vidit, & Deum confessus est dicens, Dominus meus, & Deus meus; Nec ob id dicendum est, Christum esse æquivocè locutum, sed cum mysterio, ut sensus verborum Christi fuerit; quia vidisti me a mortuis suscitatum, me credidisti Deum cum purus homo id facere non potuisset. Ad 2. plus Adverfarium argumentum premittit, quàm nos, si enim fides, & meritum æque bene stat cum visione, ac sine ea, ut ipsi asserunt, non plus meriti habebunt credentes, & non videntes, quàm videntes simul, & credentes; sensus ergo est, plus meriti habuisse, qui ipsum crediderunt Deum, etiam si non viderunt in carne a mortuis suscitatum, quàm Thomam ipse, qui cum credidit Deum, quia in carne vidit a mortuis suscitatum. Ad ultimum, falsum omnino est, Thomam ibi nihil de Christi divinitate credidisse; eam id expressè simè dicit evangelicus textus, quod ipsum credidit, & falsus est Deum, quando exclamavit Dominus meus, & Deus meus; Falsum insuper est de sola resurrectione dubitasse, & falsus est Deum, quando exclamavit Dominus meus, & Deus meus; Falsum insuper est de sola resurrectione dubitasse, & non de divinitate, nam dubitando de resurrectione, dubitavit consequenter de divinitate; Et quando ipsum vidit mortuum, & crucifixum, dubitavit non esse Deum; nec ipsum credidit esse talem, donec per scientiam experimentalem certior factus esset ipsum a mortuis surrexisse; Quare Christi resurrectionem Thomas non credidit, nec de ea fidem habuit, sed scientiam omnino experimentalem quando eius vulnera, & cicatrices vidit, & tetigit; & hinc postea credidit hominem illum, quem vidit a mortuis suscitatum, esse Deum.

136. Tertio arguunt ratione, Suarez, Amicus, Caspensis, & alii, quia nulla huius rei potest assignari repugnantia, nam omnis repugnantia aut est, quia nequit intellectus plures actus simul elicere; Aut quia actus scientiæ reddere intellectum evidentem, fidei verò invidentem. Aut quia motivum formale unius destruit formale motivum alterius, quod destructo destruitur actus, qui in suo esse, & conservari pendet a proprio motivo formali actu cognito. Aut demum, quia motivum obscurum fidei non est idoneum movere intellectum in præsentia alterius motivi evidens ejusdem obiecti; nulla enim alia hæc repugnantia assignata est ab auctoribus contrariæ sententiæ. Atqui nulla ex assignatis sufficiens est; ergo non est hoc absolute negandum. Non prima, ut nos quoque concessimus supra num. 114. Non secunda, quia talis evidentia, & invidentia procederet ex mediis omnino diversis, & ideo scire aliquid propter auctoritatem dicentis, & propter evidentiam rei, non pugnat; tùm quia evidentia, & invidentia, quam dicunt actus scientiæ, & fidei, non excludunt essentialiter, nisi præter subiectum immediatum, & proximum; Atqui intellectus non est subiectum immediatum, & proximum evidentie & invidentia; sed tantum mediatum, & remotum; proximum autem, & immediatum sunt ipsi actus scientiæ, & fidei; tùm quia assensus fidei licet sit minus evidens, est tamen magis certus, quàm assensus scientiæ, ideoque ab eo excludi non debet. Nec tertia repugnantia valet, quia motivum formale fidei non est obscuritas formalis obiecti materialis, sed testimonium Dei, quatenus extrinsecum est obiecto attestato; sed hoc non tollitur per actum scientiæ, siquidem per eum non tollitur quæ testimonium Dei adhuc maneat extrinsecum obiecto attestato, quamvis per actum scientiæ tollatur sola ob-

scureitas actualis, que est sola conditio. Nec tandem quarta valet, quia medium probabile aptum est movere intellectum in præsentia mediè evidens; ergo evidens medium fidei divini, quod est magis efficax; tùm quia quocienscunque medium affert novam cognoscibilitatem obiecti, est aptum movere intellectum ad distinctam ipsius noticiam; tale est testimonium Dei in præsentia cuiuscunque mediè creati; tùm tandem quia medium minus certum non excludit magis certum quale est testimonium Dei.

137. Respondeo, negando secundam repugnantiam non urgere; Ad primam probationem dico, diversitatem mediorum sufficientem non esse ad contradictionem tollendam, alioquin ex diversis motivis possemus semper de eodem a parte rei contradictoria verificare prædicata, etiam quod sit, & non sit, ut constat ex dictis n. 120. Ad alteram probationem dico, neque ad contradictionem tollendam sufficere, quod actus ipsi sint subiectum proximum, & immediatum evidentie, & invidentia; intellectus verò remotus tantum, & mediatum, alioquin eadem ratione defendi poterit posse esse simul in eodem intellectu assensum scientiæ, & erroneum eiusdem conclusionis, quia intellectus non est subiectum proximum, & immediatum veritatis, & falsitatis sed actus ipsi, ut dictum est n. 122. Ad ultimam probationem, si actus illi non excluduntur in ratione certitudinis, in qua conveniunt, adhuc se excludere debent ratione evidentie, & invidentia; in quibus opponuntur. Negatur etiam tertia repugnantia non urgere, ad hoc enim, ut obiectum formale unius actus destruat per alterum, sufficit, quod per actum scientiæ tollatur sola obscuritas actualis, que est essentialis, & necessaria conditio obiecti materialis, quatenus cadit sub actu fidei, ea enim semel ablata per actum scientiæ, iam amplius actum fidei remanere non potest, ut liquet ex dictis n. 123. nec testimonium Dei extrinsecum potest habere rationem motivi, quia talis obscuritas ex eius motione derivatur. Ad 2. plus Negatur tandem quartam non urgere repugnantiam; Ad primam probationem, negatur medium probabile aptum esse movere intellectum in præsentia mediè evidens, quia hoc præter intentionem illius, ac totaliter absorbet ex dictis disp. 24. log. qu. 2. Ad alteram probationem negatur assumptum, quando cognoscibilitas, quam affert medium, opponitur cognoscibilitati, quam affert aliud; ita autem est in proposito quod cognoscibilitas, quam affert testimonium Dei extrinsecum, opponitur cognoscibilitati eiusdem conclusionis, quam affert medium scientiæ, ac demonstrativum, quia una est clara, & evidens, altera obscura, & invidens. Ad ultimam negatur assumptum, quando medium minus certum adhuc nihilominus tantum affert certitudinem, ut ab intellectu tollatur omnis incertitudo, & hæsitatio, alioquin ejusdem effectus daretur causæ totales, quod implicat, ut deductum est n. 128. & quando illa duo media non se excludunt in causando assensum ratione certitudinis, in qua conveniunt, adhuc se excluduntur in ratione evidentie, & invidentia, in qua opponuntur.

138. Quarto urget Amicus rationem a priori, motivum fidei, & scientiæ non se excludunt ad eodem intellectu circa idem obiectum, sed potius mutuò se iuvant, quatenus ambo conveniunt in eadem veritate probanda, & aliunde unum quodque motivum peculiarem cognoscibilitatem affert diversam a cognoscibilitate alterius; ergo non est, cur eorum actus simul esse nequeant; vel quod formale motivum unius nequeat intellectum movere in præsentia formalis motivi alterius, cum ex præsentia formalis motivi unius alterum, non amittat suam propriam cognoscibilitatem, & virtutem, ratione cuius aptum est intellectum movere ad actum distinctum.

139. Respondeo negando assumptum cum ejus probationibus, ut constat ex tertia probatione nostræ assertionis adducta num. 126. & quamvis unumquodque motivum peculiarem affert cognoscibilitatem a cognoscibilitate alterius diversam; quia tamen una est alteri opposita, ideo simul coherere possunt in eodem intellectu, non tamen in causando, & quamvis ex præsentia formalis motivi unius, alterum non amittat suam virtutem motivam in actu primo, ac veluti signatè; artamen amittit in actu secundo, ac veluti exercitè ob rationem in terra probatione adductam. Dices, obscuritas non facit rem credibilem, nec movere intellectum ad assensum fidei, ut dictum est quæst. 3. art. 1. ergo cognoscibilitas motivi unius non opponitur cognoscibilitati alterius, atque ideo stare potest actuali assensus scientiæ ex actuali rei evidentia cum actuali assensus fidei ex infallibili auctoritate dicentis. Negatur consequentia, quia in evidens, & obscuritas, ut loc. cit. dictum est, est saltem conditio necessario prærequisita, ut in formale motivum fidei moveat ad actum assensum eius.

140. Quinto arguit Poncius, quod saltem de potentia Dei absoluta possint esse simul fides, & scientia, in qua non apparet repugnantia aliqua in hoc magis, quàm in eo, quod calor in sum-

mo, & frigus in summo possint esse simul in eodem subiecto, aut duo corpora in eodem loco aut unum corpus in duobus locis; Et quando Doctor 3. disp. 24. quæst. ut. 8. ad quæstionem ait impossibile esse, quod scientia intrinsecus loquendo, prout definitur. Post. possit esse simul cum fide de eodem assensu ipsum esse intelligendum de potentia ordinata, & naturali non de extradiaria, & absolute; sæpe enim apud Doctores dicitur absolute non posse fieri, quod non potest fieri naturaliter, aut de potentia ordinata.

141. Respondeo negando assumptum, calor enim, & frigus in summo repugnant in eodem subiecto ex generali ratione contrarietatis, quæ repugnantia superari potest per divinam potentiam, quæ dicitur disp. 1. de gen. & cor. 1. ac actus scientiæ, & fidei de eodem repugnant ex speciali eorum ratione ob contradictionem, quàm includunt ex parte obiectorum, eo quod unus destruat formale obiectum alterius, & quod unus ponit in obiecto, alter tollit; nam actus fidei ponit, ut supponit invidentiam in obiecto, quam tollit actus scientiæ; & quemadmodum amor, & odium, assensus, & dissensus, certitudo, & formido tolluntur oppositas rationes in obiecto ipso materiali; amor enim in obiecto tollit bonitatem, odium verò malitiam, & negationem bonitatis; assensus assensum, dissensus non esse; certitudo tale esse quod non possit aliter se habere, formido tale esse, quod possit aliter se habere, ita pariter suo modo actus scientiæ, & fidei oppositas tolluntur rationes in obiecto ipso materiali, ille quidem evidentiam, ille verò obsecraturam, quæ saltem est necessaria conditio, ut formale motivum fidei moveat ad actualem eius assensum ut dictis supra quæst. 1. art. 1. Quod verò ait Poncius Doctorem loc. cit. intelligendum esse de potentia naturali, constat omnino voluntariè dici, & contra intentionem Doctoris, ut luculenter constat ex toto quæstionis illius progressu, & unanimi Scoticorum consensu, nam inquit ibi contradictionem esse, quod fides, & scientia de eodem finem possint consistant.

142. Sexto arguit Suarez loc. cit. in fine, conditio non vult non aliter est de intrinseca ratione fidei, quam respectu sui obiecti formalis, decuius ratione est, ut sit extrinsecum testimonium, non ostendem evidentem, neque ostendem clarè rem dictam; Quod autem res sic testificata non sit aliter vera, & per aliud medium, non est de essentia fidei, quamvis pertinet ad connaturalem modum operandi eius, & ideo divise omni potentie negandum non est. Quod etiam confirmat exemplo cognitionis intuitivæ, & abstractivæ, quæ videtur habere rationes valde oppositas, quales sunt abstractio, & præsentia obiecti, & nihilominus possunt esse simul de eodem obiecto.

143. Resp. quod licet evidentia testificans esse possit cum fidei in superioribus dictum est, non tamen evidentia rei testificatæ, siquidem per obscuritatem, & invidentiam obiectum fidei differet essentialiter ab obiecto scientiæ, unde conditio non vult est de intrinseca ratione fidei, vel obiecti illius, ut non solum illi repugnet esse visum, vel clarum ex extrinseco testimonio, sed etiam per quodcumque aliud medium; quare negatur assumptum, quod conditio non vult non aliter sit de intrinseca ratione fidei, quam respectu sui obiecti formalis, respectu autem alterius motivi, si, ut per aliud motivum possit esse visa, & clara res ipsa testificata; nam fides ab Apostolo definitur, quod sit argumentum non apparentium absolute loquendo; signum evidens, non posse veritari circa res actu visas, & claras, undecumque hanc habeant claritatem, & quidem quod nequeat esse visa ex rei testimonio extrinseco revelanti, seu respectu sui obiecti formalis, hoc constat ex terminis, unde potius innuere voluit, quod apparere non debet aliunde, nec per aliud quodcumque medium; Ad exemplum verò de visione intuitivæ, & abstractivæ iam dictum est supra n. 125.

144. Propterea arguitur, quia intellectus nostræ luminis naturali certus est conclusione geometrica, quod non fallitur, sed habet scientiam; ergo, multo magis certus est de conclusione credita per fidem, quod de ea habet scientiam per medium certissimum Consequencia constat, quia longè certius, & evidentiùs est naturaliter, & supernaturaliter, quod Deus non potest fallere, vel falli, quam quod homo ut solus, vel cum medio geometrico non potest fallere, vel falli, ergo si homo ex tali medio habet certissimum scientiam, utique ex Dei testimonio scientiam habebit longè certiore.

145. Respondetur ex Scoto disp. 24. ubi hoc argumentum adducit, quod cognitio per obiectum in se dat evidentiam, ideo habet scientiam in mathematicis, sed cognitio per attestantem de obiecto non dat evidentiam de vero in se, sed tantum facit obiectum credibile, quod si attestatio est evidens, facit evidentem credibile, si non, facit invidentem credibile; Nos quidem evidentem habemus Ecclesie attestantem, sed non evidentem, Dei, quæ habuerunt illi, quibus primo reulabatur scripturæ veritas. Satis tamè est ad fidem humanam Ecclesie attestatio ob auctoritatem tante communis tam studiosè circa veritatem indagandam, & satis ad divinam, quatenus Deus Ecclesiam poluit, ut firmamentum

& columna in veritate utpote quæ specialiter regitur a Spiritu Sancto, Vnde vel Deus, vel aliquis vices Dei suppletus attestatur fidelibus, quid credendum.

146. Ex quo solvitur argumentum aliud, quod urget Coninch. cit. ex nostra sententia sequi, Angelum præferim primum nihil omnino credere debuisse, quia omnino evidentem cognovit Deum sibi revelare mysteria fidei, eumque nulla ratione posse testari falsum, & consequenter a posteriori evidentem cognovit hæc mysteria esse vera; unde ex nostra sententia sequitur, Angelum nec debuisse nec potuisse circa ea mysteria elicere actum fidei, sed posita revelatione ei ad salutem sufficere cognitionem mere naturalè, sive solis naturæ viribus elicitæ. Nec refert, inquit, quod Angelus non cognoverit ea mysteria in se solum in attestante, si vè ratio clare attestantis divini; quia ipse ea cognovit tali evidentia, quæ pareret maiorem, magisque infallibilem certitudinem, quam in nobis faciat ulla evidentia, quæ per sensum, aut per experientiam, & demonstrationes inde deductas possumus hic acquirere; longè enim facilis fieri potest nos in his omnibus falli, aut de eorum veritate ac certitudine dubitare, quàm Angelum falli in dicta auctoritate ac discursu, aut ullo modo potuisse de rerum illarum veritate dubitare.

147. Respondetur negando consequentiam, quia ut constat ex dictis qu. 3. art. 2. cum evidentia in attestante fides insula consistere potest, & evidentia de revelatione potest, consistere cum invidentia veritatis revelatæ, quæ sola a finem sufficienti quæ cognitioni veritatis in attestante solum non dat evidentiam de verò in se qualis ad scientiam requiritur, sed tantum facit obiectum evidenter credibile; Vnde multum refert, quod Angelus ea mysteria non cognoverit in se sed solum in attestante, & licet ob id habuerit habitum præbetem magnum assensum, ita quod illi stare non poterit; non assensu veritatis revelatæ, ita tamen certitudo non fuit evidens ex evidentia rei, quia tunc contradictio esset, quod huiusmodi noticia, & fides insula starent ob rationes adductas; tamen certitudo illa firma, sicut est certitudo scientiæ, quæ causatur ex principiis notis ex evidentia terminorum, sed non causatur a talibus principiis, sed aliunde, scilicet, ex evidentia in attestante, ideo scientia non potuit dici ex evidentia rei, ita Doctor 3. disp. 24. sed se loquatur, ubi tamen fertur, quod certitudo illius cognitionis facit maior, quàm certitudo fidei nostræ, quæ nec habet evidentiam testificatam, nec rei testificatæ, quæ ratione diximus qu. 3. art. 2. n. 100. fidem illam esse specie diversam a nostra, ob diversam obiecti formalis applicationem ad intellectum, quæ sola interdam sufficit ad diveritatem specificam inducendam in actibus, & habitibus ut ibi dictum est.

ARTICVLVS QVARTVS.

Resolvitur dubium, an assensus fidei sit certior quocumque scientifico.

148. In hac quaestione tres sunt sententiæ, quæ extremæ, & una mediocris absolute affirmat, quia certitudo fidei nititur altioribus causis, aut principiis, quàm quilibet scientia naturalis nimirum prima veritate, quàm impossibilis est fallere, vel falli, quàm naturalem scientiam luminis errare inde pendet ex lumine insulo, & divino, quod longè præstat; us est, & excellentiorem certitudinem confert, quàm lumen naturale intellectus, atque adeo hoc sæpe corrigit per illud, etiam circa prima principia naturalia, ut constat ex illo principio, Quocumque fuerit eadem uni tertio, sunt eadem inter se, quod in materia de Trinitate ad res finitas limitatur. Et desique quatenus fides pendet ex pia voluntatis affectione, nimirum speciali motione Spiritus sancti, quæ etiam est magis efficax ad præstantiam excellentiorem certitudinem. Hæc est communis in Scholasticis, ut videre est apud Scotum 3. d. 23. & 24. quam passim Recentiores amplectuntur.

149. Secunda sententia absolute negat, ita Durandus 2. dist. 23. qu. 4. & alii quidam pauci, quia scientia est certior, extensivè, & intensivè, quàm fides; ergo absolute scientia est certior fidei; probatur antecedens quoad extensivem, nam certitudo scientiæ pendet a duobus, nempe ab adhesionè firmâ, intellectu, & obiecti evidenti; certitudo verò fidei pendet tantum ab adhesionè intellectu, ergo scientia est certior fidei quia habet plus modos certitudinis, probatur etiam quoad intensivem, adhuc enim firmior adhæsiōnis, maior est in scientia, quàm in fide, nam illi firmior adheremus, a quo difficilius recedimus, difficilius autem recedimus a scientia, quàm a fide. Confirmatur, quia id est certius, quod dubitationi est impermixtum, scientia nullam admittit dubitationem, fides aliquam admittit, ut Scotus ipse faretur 2. dist. 24. H. ubi inquit quod fides non excludit omnem dubitationem, sed aliquam dubitationem; sed aliqua dubitatio potest stare, cum fide, Tandem



dem, quia certitudo actus, vel habitus non sumitur ex certitudine obiecti secundum se, sed ex modo, quo illud nobis applicatur, ut patet in scientia Beatorum, quae certior est fidei Viatorum; non est autem certior ratione obiecti secundum se, cum utriusque sit eadem prima veritas sed ratione aliam, quo applicatur intellectus, nam applicatur ibi, media evidentiā, hic vero media obicitur; ergo licet auctoritas divina, quae est formale obiectum fidei, sit in se certissima, quia tamen applicatur nobis credenda testimonio humano, siquidem illam credimus ex testimonio Ecclesiae, non poterit in nobis esse certior, quam sit ratio demonstrativa, quae nobis applicatur media evidentiā.

145 Tertia sententia media est Caletani 1. 2. q. 4. art. 8. Capreoli 3. dist. 2. 5. art. 3. & aliorum Thomistarum distinguendum de certitudine assensus ex parte obiecti, & ex parte subiecti & dicendum, quod licet ex parte obiecti fides sit certior scientia ob rationem a prima sententia adductam, tamen ex parte subiecti, mirum intellectus apprehendens, naturalis scientia est certior fidei Theologica; quia intellectus noster plenus apprehendit veritates naturales, quam veritates fidei, illae enim sunt sibi evidentes, & iuxta eius capacitatem, illae vero sunt obcurae, & supra eius capacitatem. Tūm quia hac de causa circa credibilitatem inlinguitur quidam infidelitatis motus, qui motus non insurgit in intellectu circa ea, quae novit scientiā, & ratio huius est, quia intellectus in scientiā determinatur intrinsece a se ipso ad assensum ad evidentiā obiecti; in fide autem non determinatur intrinsece a seipso, sed extrinsece a voluntate; Atque ita concordant priores duas sententias extremas, quod a prima probatur tantum, maiorem esse fidei certitudinem quam sit scientiā, ex parte obiecti; Secunda vero probat tantum hanc esse certiorē scientiā, considerando certitudinem ex parte subiecti, quam sententiam mediam sequitur ex nostris Aretinus 3. dist. 23. quae unice artic. 13.

147 Dicendum est cum prima sententia fidem esse simpliciter, & absolute loquendo certiorē tam obiectivē, quam subiectivē naturali scientiā, & quibusvis aliis habitibus speculativis, & practicis: Ita Scot. 3. dist. 2. quae unice in fine, ubi dicitur Deo insula formaliter, & obiectivē ponit simpliciter perfectiorem; & certiorē quovis habitu scientiā, & dist. 24. quae unice supra B. affirmat quidem naturalem scientiam excedere fidem ex evidentiā scilicet secundum maiorem comprehensionem suae scilicet; in certitudine tamen ait excedi a fide ex maiori certitudine sui principii, ac nobilitate obiecti, & idem maiorem simpliciter esse fidei certitudinem, quam cuiusvis intelligibilis, vel scilicet naturalis practicae, vel speculativae; quatenus enim certitudo fidei sit extrinseca, praeponderat tamen, & longe superat intrinsecam certitudinem naturalis scientiā, cum sit altioris ordinis, & prolixius infallibilis. Hoc idem amplius declarat dist. 23. in fine, ubi ait, quod dupliciter loqui possunt de actibus scientiā, & fidei: primo absolute, & in se, & ex parte principiorum causalium auctorem sciendi, vel credendi; & sic ait actum credendi simpliciter esse certiorē quovis actu naturali scientiā, cum pendat a certiori principio, quod est Deus in ratione revelantis cum infallibili certitudine. Secundo possunt illi actus relatae considerari ex parte intelligibilitatis obiecti scilicet, vel credibilis, & secundum quod plus, vel minus attingunt obiectum, in quod tendunt, quantum ad intelligibilitatem obiecti; & sic ait actum naturalis scientiā esse certiorē, & perfectiorem actu credendi, quia minus ab intelligibilitate sui obiecti, excedit, quam actus credendi; Deus enim intelligibilitate excedit infinite omnem actum naturalem scientiā, vel intelligentiā, non autem sic excedit obiectum creatum naturaliter scibile, vel intelligibile actum nostrae naturalis intelligentiā, vel scientiā; Quod declarat exemplo Aquilae Solem videntis, & mei oculis videntis candelam, tunc enim simpliciter loquendo visio Aquilae est certior, & perfectior, quia a perfectiori, vel acutiore potentia, & nobiliori obiecto est electa. Sed loquendo de actu secundum proportionem ad obiectum est e converso, magis enim comprehensivē potentia mea visiva attingit visibilitatem candelae, quam potentia visiva Aquilae visio litarem Solis secundum se, & ita secundum proportionem geometricam, inquit Doctor, visio mea candelae est perfectior, secundum autem arithmeticeam visio solis Aquilae, quia nobilior est parum attingere de nobilioribus obiectis, quam multum de ignobilioribus ex Arist. 2. de animalibus: Atque ita concludit, quod geometrica proportione naturalis habitus scientiā, sapientiae, intellectus, prudentiae, & artis sunt certiores, & perfectiores, quam habitus fidei, vel actus eius credendi; & contra vero absolute, & arithmetice fides, & eius credendi actus est simpliciter certior, & perfectior. Ergo modo, quo si fides comparatio v.g. inter duos cives ex una parte, & duos plebeos ex alia, diceremus istos, servare proportionem geometricam esse ditiores illis in suo genere, licet secundum

proportionem arithmeticeam, & absolute loquendo cives illi sint ditiores plebeis.

Hoc igitur modo declarata conclusio probatur, primo Scripturae, & Patrum testimonio, nam aperte colligitur ex illis verbis 1. Petri, & hanc vocem nos audivimus de Caelo allatam, cum essemus cum ipso in Monte sancto, & habemus firmiorem prophetiam cum sermone. Vnde dicitur Aug. 7. Confess. cap. 10. facilius dubitarem vivere male, quam esse vera, quae audiō, consonat Christi. hom. 11. super illa verba fides est argumentum non apparen- tium, id est, maiorem certitudinem de illis faciens, inquit, quam de his, quae videntur. Deinde probatur ratione allata pro opinionione, quia formale motuum divinā revelationis in certitudine infinite superat evidentiā rei naturaliter scibilis; ergo intellectus noster certior sit de re credita sub lumine supernaturali divinā revelationis, quam de re scita sub naturali lumine propria evidentiā; quae ratio nedum probat fidem esse obiectivē certiorē scientiā, sed etiam subiectivē, & absolute loquendo, nam fides insula non modo certior est quoad se, seu ratione causae, & medii, ut dicebat Thomasz, sed etiam quoad nos, seu ratione subiecti, in quo recipitur; & ratio est, quia repugnat actum elici ab intellectu, & illum non actuare secundum omnem gradum, & perfectionem suae certitudinis, omnis siquidem forma dum informat, confert subiecto omnem perfectionem, quam habet, talis perfectionis capaci; cum enim conferat in genere causae formalis, & nil aliud sit effectus formalis formae, quam forma ipsa unita subiecto capaci; ergo repugnat actum fidei insula esse certiorē quovis actu scientiā naturalis quoad se, seu ratione causae, & medii, & hanc suam certitudinem intellectui non conferre. Tūm quia quod noster intellectus plenus apprehendat veritates naturales, quam veritates fidei, & quod noster intellectus non excedatur in activitate ab intelligibilitate rerum naturaliter scibilium, sicut excedit ab intelligibilitate credibilium, inferat tantum intensivē habitus naturae esse perfectiores habitus fidei comparatione cum intelligibilitate rerum scibilium, non vero secundum proportionem arithmeticeam, nam certitudo actus, vel habitus consistit in conformitate conceptus obiectivum re scita, vel credita, vel melius in repugnantia cum falsitate, & firma adhaesione, hac vero in rebus fidei pendet a formali motivo divinā revelationis infinite certiori, in rebus naturaliter scibilibus pendet ab evidentiā rei, quae potest profuturo illo nostrum intellectum fallere saltem quoad ultimas differentias non laterales, ergo fides theoretica est simpliciter certior omnibus habitibus intellectualibus naturaliter acquiris.

Hinc facile occurrit rationibus secundae sententiae extremae, nam prima ratio probat solum scientiam habere plures causas certitudinis, quam fides, non tamen firmiores, firmior est enim causa solus Deus revelans, quam omnes aliae causae naturales simul, quia ut dicitur Apost. 1. Corinth. 2. quod est spiritus Dei fortius est hominibus, & minimum supernaturale est supra maximum naturalem, sequitur ergo tantum certitudinem scientiā naturalis esse maiorem extensivē, non vero intensivē, sola enim adhaesio fidei certitudo sumpta ex motivo propriae veritatis est maior intensivē utraque certitudine scientiā naturalis, & evidentiā, & adhaesio simul. Neque ex eo, quod quis facilius recedat ab assensu fidei, quam scientiā, sequitur illum non esse certiorē, hoc enim provenit ex eo, quod assensus fidei est ex libera voluntate, adhaesio autem intellectus in scientiā naturali, & evidentiā, & idem intellectus cogitur ad scientiam, non ad fidem, adhuc tamen certior est fidei assensus, quam scientiā, sicut dilectio naturalis hominis seipsum diligens utique minor est dilectione supernaturale, quia iustus Deum diligit, & tamen facilius quis peccat contra Deum relinquendo supernaturalem dilectionem, quam contra seipsum relinquendo naturalem. Ad Confirmationem dico, quod sicut quando aliquid est demonstratum, non est amplius dubium in scientiā, ita quando constat aliquid esse Deo revelatum, nullum superest in fide dubium; siquidem enim certius posse falsum subesse rationi naturali, quam primae veritati, modo autem quia inventiam habemus, nedum rei testificat, sed etiam Dei testificans, potest aliquam dubitationem admittere fides, quam nec admittit scientia, non defectu maioris certitudinis, seu evidentiā, & proportionis cum intellectu credentis; hac tamen dubitatio levis est, ac indeliberata, quae à D. Bonavent. appellatur fluctuatio, muratio, seu scrupulus in spiritu, & tentatio diabolica, circa fidem, non vero vincens, & trahens in oppositum credibilis, hac enim est haereticus, quam fides omnino excludit; Addit Lugo dist. 6. sect. 3. num. 42. ad certitudinem facere exclusionem dubitationis, non cuiuscunque, sed prudentis, hanc autem magis excludit fides, quam scientia.

Cum autem ait Doctor loc. cit. fidem non omnem excludere dubitationem, sed aliquam stare cum illa, ita exponit Liche- tus, quod licet fides excludat omnem dubitationem certitudi-

ni articulo non oppositam, ita nullo modo de illis dubitetur; non tamen excludit omnem contingentem, neque a se essentia divina distinguatur ex natura rei à rebus naturalibus, an communiatur filio pro actu dicendi vel intelligendi; an relationes divinā dicant perfectionem, acquirat de aliis, etiam quae sedum fidelis idiota dubitare potest, sed etiam eruditus Theologus, & pater, quod cum talibus dubitationibus sit fides; Potest etiam Fides aliquam dubitationem speculativam admittere in hoc sensu, quod si quis credat mysterio revelato ob revelationem divinā sibi propositam à suo Parocho, vel Episcopo, vel Predicatore; si faceret reflectionem supra propositionem Parochi, postea dubitare speculativē, an verum proponeret, quandoquidem certum sit quod postea proponeret falsum, sive ex ignorantia, sive ex malicia, sicut multi alii sepe proposuerunt, in quo casu dubitatio cadit potius supra fidem humanam, quam divinam.

150 Ad ultimum, quod est precipuum argumentum in hac materia, concedo certitudinem actus, vel habitus non delinere ex certitudine obiecti secundum se, sed ex motivo, & lumine, quo nobis applicatur, Nego tamen, Dei auctoritatem; & veracitatem, prout est motuum fidei divinā, nobis applicari, ut formaliter credendum, testimonio humano; hoc enim non requiritur, nec intervenit, ut ratio formalis credendi, sed ut praevia dispositio, vel pura conditio applicandi ipsum formale motuum credendi, ut constat ex dictis in superioribus; sed nobis applicatur testimonio divino, quia, scilicet, revelatione Dei, prout est obiecto ipsius Dei, seipso formaliter credibilis per lumen sibi proportionatum. Vnde ex hoc, quod interveniat testimonium humanum, ut praevia dispositio vel conditio applicandi divinam auctoritatem, ut est motuum formale fidei, sequitur tantum actum fidei non esse ita certum, ut cognoscat nequam certo certitudine physice modus, quo proponitur motuum formale ipsius esse infallibilis, nisi in casu evidentiā physice de revelatione divina. Potest tamen adhuc esse certus, ut cognoscatur certitudine moralis, quod modus, quo proponitur, sit infallibilis, quia est evidentiā moraliter, quod dicitur vera Ecclesia, habens infallibilem Spiritus sancti assentientiam in propositione articulis, & revelatione divina de illis; & similiter est evidens moraliter, quod Ecclesia proponit symbolum fidei, tanquam à Deo revelatum, & sacrum Scripturam, ut verba ipsius sunt scripta; Et apostolicas traditiones, ut verba ipsius non scripta; Vnde etiam sequitur fidem quod modum proponendi, di formale ipsius obiectum, non habere maiorem certitudinem, quam habeat cognitiones naturales scientiā de suis obiectis ad exclusionem dubitationem physicam, nisi in casu evidentiā revelationis in articulo, ut dicebamus quia plures naturales cognitiones, ut principia per se nota habent evidentiā physicam ex terminis, & multo alie deducuntur evidenter evidentiā physice ex principii physice evidentiabus; quae autem sunt physice evidentiā sunt certiores hac certitudine, & magis cum dubitatione incompatibilia, quam quae sunt evidentiā tantum moraliter, ut bene dicitur Pontius dist. 27. q. 7.

Dices, saltem certitudinem naturalem primorum principiorum esse maiorem certitudine fidei, quia illi pendet eius certitudo, ut patet de illo principio, quodlibet est, vel non est, quod virtute includit in qualibet alia veritate. Respondet Aretinus, quod prima principia sunt in duplici differentia salia à quibus dependet omnis veritas etiam divina, qualia sunt haec de quolibet verum est affirmare, vel negare, & de nullo ambo simul, & ex quibus inferuntur omnes articuli fidei, & illa aequae certantur, ac fides; alia sunt principia secunda Particularium, scientiarum, ut in Philosophia omnia compositum ex contrariis est corruptibile; & de his verum est fidem esse certiorē. Nihilominus rationes adductae qualiter probant de omnibus principiiis naturaliter notis, quia à toto genere, lumen supernaturale est altioris ordinis, quam lumen naturale, atque idem certius, & locutiones Patrum de certitudine fidei loquentium sunt universales, quae praeviae respondent cum Suarez dist. 6. sect. 5. in fine, certitudinem fidei per se non pendere etiam ex primis principiiis, ut lumine naturale notis, quia non pendet per se, & proprie ex discursu; Et omnia principia formalia, ex quibus pendere potest, quod alter ipsam fidem fundant, quam ut per eandem fidem credita; Vnde si aliquid est primum principium quod necessarium involvitur in assensu fidei in eadem materia, si tamen non pendet ab illo, ut naturaliter cognito, quia fides insula in sua certitudine non pendet ab acquiescentia, & naturali, ut dictum est q. 1. art. 3. sed pendet ab eo ut etiam ipsa fidei credendum, ut v.g. si credo, Deum esse trinum in personis, necessarium credo non esse unicum in persona, nec esse quatuor personas non propter principium naturale quodlibet est vel non est ut naturaliter cognitum; sed quia ipsam fidem, quae facit credere affirmationem esse veram, facit etiam credere negationem esse falsam.

151 Fundamentum quoque tertiae sententiae medie corruat ex dictis, nihil enim nobis prodesse maior certitudo fidei in se

si in nobis illa non efferret, nec nobis constare posse, de hac maiori certitudine fidei in se, & quod intellectus noster plenus apprehendat veritates naturales, quam veritates fidei, inferat tamen habitus naturales esse perfectiores habitus fidei secundum proportionem geometricam, non autem arithmeticeam ut dictum est cum Scoto in probanda conclusione; unde omnino distinguendum est inter intensivam perfectionem habitus, vel actus scientiā, & inter certitudinem habitus, vel actus intelligendi perfectiorem, & infallibilem, prior perfectio, utique à naturali intellectus acuminem dependet rem naturaliter scibilem comprehendens; posterior vero pendet à formali motivo certiori, vel minus certo, quare cum motuum fidei infinite superet evidentiā rei naturaliter scibilis, intellectus noster certior erit de re credita sub lumine supernaturale divinā revelationis, quam de re scita sub lumine naturali propria evidentiā; Ad aliud jam dictum est, quod si fides aliquam admittit dubitationem speculativam, & indeliberatam, id non est defectus maioris certitudinis, sed evidentiā, & proportionis cum intellectu credentis.

Dices, tandem hanc quaestionem videri irrationabilem, quia inest certitudines si simpliciter non videtur esse maior alia, quam omnibus repugnat falsitas, & periculum falsitatis, ergo non potest dici certior scientia, sicut nec unus auctus verus potest dici verior alio.

Respondet Card. de Lugo dist. 2. sec. 2. non idem iudicium fieri debere de veritate propositionis, ac eius certitudine, nam veritas propositionis formalis est conformitas cum obiecto, quae consistit in indivisibili, quare non potest unius actus esse magis conformis, quam alter, si uterque omnino, & perfecte conformis est; ac vero certitudo est repugnantia cum falsitate, quae potest esse inaequalis, nam in uno potest esse repugnantia solum naturalis, in altero essentialis, in uno repugnantia ex uno capite, in alio ex pluribus. Deinde inquit certitudinem esse firmam adhaesione, quae recipit etiam magis, & minus, potest enim uterque assensus firmiter adherere, sed inaequaliter; nam firmius assentimus praemissis, quam obiecto conclusionis; sicut magis volumus finem, quam media. Arraia vero duplicem distinguit certitudinem dist. 3. sect. 4. à num. 77. prima certitudo, quae est propria actus fidei, consistit in connexionione infallibilis actus fidei cum obiecto, ita ut et repugnet omnino falsitati etiam metaphysice loquendo; secunda certitudo fidei consistit non tam in connexionione ipsius actus cum obiecto, quam in firma adhaesione intellectus erga illud obiectum, & inquit, quod quando communiter dicitur fides firmior, & certior omni assensu naturali, non est intelligendum de certitudine adhaesio- nis, sed de connexionione ipsius actus cum obiecto, sed de certitudine illius in se, loquendo enim de certitudine adhaesio- nis, non est necessarium videtur, ut ea adhaesio sit maior in credente cicca res fidei, quam circa aliqua alia obiecta; atque enim Haereticis, & alii Philofohi tam firmiter adherent, suis erroribus, aut veritatibus evidenter cognitis, quam adheret fidelis rebus fidei, & in ipso fidelis contingere potest, ut in vincibiliter seductus circa mysterium fidei, ita certo adhuc erret, quam veritati.

Verum hae contentio parvi est momenti, non enim quaevis firmitas adhaesio est proprie certitudo, sed quae est de obiecto vero, & motivo itabili, & firmo, qualis non est firmitas adhaesio- nis, quia habent Haereticis, & alii in suis erroribus, quae potius pertinacia dicitur debet, quam adhaesio; potest ergo dici, certitudinem fidei utraque includere; tan scilicet, connexionione ipsius actus cum obiecto quam firmam adhaesione intellectus circa illud obiectum, & secundum utramque rationem potest adhuc suscipere magis, & minus; quoad ad haesione quidem eo modo, quod declarat Card. de Lugo, quo vero ad connexionem, seu conformitatem ipsius actus cum obiecto, eo modo quod declaravimus dist. 10. logicae q. 2. art. 4. ubi unam propositionem posse dici alia veritatem, si veritas lamatur pro concomitantibus ipsam, quo pacto prima principia censentur naturaliter certiora conclusione scientifica, & licet certitudo per privationem explicetur, quam signat infallibilitas, nihilominus formaliter in privatione non consistit, sed in positiva perfectione, quae potest esse maior, & minor iuxta excellentiam actus, & causarum eius; Denique quoad certum cum Hervae, & alii teneretur non posse unum actum certum esse certiorē alio certo, fides saltem negativē summam habere certitudinem, hoc est, esse ita certa, ut nihil certius esse possit.